Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Fides tua te salua fecit uade in pace. Sabbo xp̄ lectio. Lectio.
In diebus illis: Locutus est dns ad moysen dicens: Decimo die mensis hujus septimi: dies expiacōnis erit celeberrimus. Vocabitur sanctus: afflgetisq; aias uras in eo. Offeretis holocaustum dno. Omne opus nō facietis in tempore diei hujus: dies ꝓpiacōnis est: ut ꝓpiet̄ur uobis dns deus uē. Omnis aia que afflicta nō fuit die hoc ꝑibit de ꝑplis suis. Que opus quippiā fecit: delebo eam de ꝑplo suo. Nichil ergo opis faciet̄is eo: legittimum sempitinum erit uobis in cunctis generacōnib; habitacōnib; uris. Sabbatū requiecōnis est: afflgetis animas uras. Die nono mensis a uesp̄e usq; ad uesp̄es: celebrabitis sabbata ura. Dicit dns omp̄ē. Lectio libri
In diebus illis: Locutus est dns. Lectio.
ad moysen dicens: Quinto decimo die mensis septimi quando congregauerit omis fructus tre: celebrabitis ferias dni septem diebus. Die primo: die octauo erit sabbatum: idest requies. Sumetisq; uobis die primo fructus arborum pulcherrime: spatulasq; palmarum: ramos ligni densarum frondium: salices de torrente. Letabimini coram dno deo uro: celebrabitisq; solempnitatem eius septem diebus per annum. Legittimum sempitinum erit in generacōnibus uris. Mense septimo festa celebrabitis: habitabitis in tabernaculis uris septem diebus. Omnis qui de gnie est israhel: manebit in tabernaculis ut discant ꝑsteri uri: quod in tabernaculis habitare fecerim filios israhel: cum educerem eos de terra egypti ego dominus deus uester. Lectio. Michee ꝑphete
Domine deus uri pasce ꝑplm tuum in uirga tua gre